Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nix de celo descendit et co
operuit eam. Quod uiden
tes custodes timore perter
riti amouerunt se a corpore
sed stantes a longe custo
diebant secundum preceptum
iudicis. Quod ut diffama
tum est per territorium in cir
cuitu ciuitatis multi ad
uenerunt uidere mirabi
lia dei. Sed et parentes
eius et sotie cum magno
gaudio cucurrerunt.
Qui flentes ni
mis tribulabantur quia
quod euenerat nesciebant.
Post diem autem tercium uiri
religiosi noctanter abstu
lerunt corpus eius non sen
tientes custodes quod cum
linteis et aromatibus in
uoluerunt. Sanctus felix
qui in confessione una
nimus eius fuit cum mag
na exultatione animi
dicit ad eam. Domina tu
prior palmam meruisti. Cum

sancta eulalia subrisit. Ceteri
quoque ceperunt letantes ymnum
deo cantare. Clamauerunt
iusti et dominus exaudiuit eos.
et ex omnibus tribul. e. l. e.
Et ad uoces psallentium
multi de populo conuenerunt
et mox cum leticia sepe
lierunt eam. benedicentes de
um patrem et ihesum christum fi
lium eius et spiritum sanctum cuius
regnum permanet in secula
seculorum amen. Miraculum.

Eulalia gloriosa apud
emeritam urbem per
passa magnum miraculum
in die immolationis sue
protulerunt. Sunt igitur ante eius
altare quo sancta membra
teguntur tres arbores
sub ignarus ego cuius fuerint
generis. Cumque iam me
dio mense decimo quando eius
passio celebratur esset ab
omni foliorum decore nuda
te ea die illuscente celo in
modum columbe specie altitis